

H. N. II 371<sup>a</sup>  
h. 72, II.

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
DE

IIk  
984

# PSEVDO TUTOR ET CURATOR NOTARII

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,  
DN. FRIDERICO WILHELMO,  
PRINCIPE PORVSSIAE CETERA,  
MODERATORE CONFLICTVS,

DN. IOANNE PETRO Ludewig, I<sup>C</sup>T<sub>O</sub>,  
AVLAE REGALIS IUDICIOVE HERALDICI EIVSQVE SUPREMI  
CONSILIARIO, IVRIVM ET HISTORIARVM PROFESSORE, ATQVE  
MAGDEBURGICI TABVLARII PRAEFECTO,  
H. T. ICTORVM DECANO,

*PRO LICENTIA,*  
SUPREMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESENDI,  
IN FRIDERICIANA

RESPONDEBIT

ADOLPHVS HENRICVS MYLVS,  
LIPSIENSIS.

---

H. L. Q. S.

ANTE ET POST MERIDIEM DIE XIV. DECEMBR. C<sup>D</sup>I<sup>C</sup>CC<sup>XII</sup>.

---

HALAE VENEDORVM,  
LITTERIS IO. HENR. GRVNERTI, ACAD. TYPOGR. 5. B.

35





S. D. G.

## INGRESSVS.

**Q**Vod multis admodum egre-  
giis reique publicæ haud  
parum vtilibus officiis eue-  
nire solet , vt partim ob pro-  
miscuam ad ea ruentium turbam ,  
partim ob illorum , qui eadem exer-  
cent vel imperitiam vel negligentiam  
sensim vilescant; id notariorum quo-  
que muneri contigisse , tam nostro-  
rum

( 2 )

INGRESSVS.

rum temporum experientia, quam  
praeteritorum satis testatur. Etenim  
qui notariis concessa priuilegia satis  
insignia ( vid. *Const. Maximiliani*  
*I. de anno 1512.* §. es ist auch ein *No-*  
*tarius* & §. es sollen auch) qui fre-  
quentem, quem in negotiis & iudici-  
alibus & extrajudicialibus praestant  
vsum, recte perpenderit, haud faci-  
le praestantiam eorundem ac necessi-  
tatem in dubium vocabit. Qui con-  
tra prodigiosum illorum non pau-  
cis in locis existentium numerum,  
qui crassam valde multorum insci-  
tiam, qui summam aliorum in eo,  
quod probe sciunt, exequendo in-  
curiam ob oculos sibi posuerit, is  
profecto contemtum, cui passim pa-  
tent & quem vix effugere possunt,  
quotquot ex illorum ordine partes  
suas

INGRESSVS.

suas laudabiles explent, nec mirabitur, nec ex aliis, quam quas memorauius, causis deducet. Sunt fane, qui ob *arg. l. 2. ff. rem pupilli saluam fore*: item *ob l. 18. ff. de adopt. notarios* inter viles habeant personas, quod omnium seruitiis atque obsequiis deprehendantur obnoxii, vid. *Gloss. in l. 15. C. de decurionibus*. Licet vero tantum absit, ut hoc ipsorum existimationi aliquid detrahatur, ut ad laudis cumulum potius, nunquam non praesto esse aliorum necessitatibus, pertinere videatur: fateri tamen cogimur, inueniri quosdam nimis solertes in officiis promiscue praestandis suisque simul utilitatibus exinde promouendis, ut saepe potestatis, legitimate sibi concessae, terminos excedant falcemque in alienam messem immit-

) 3 tendo,

INGRESSVS.

tendo, si non contemtum, indignationem saltem aliorum iure optimo mereantur. Multa sunt, quae in classem iurium notariis non competentium & nihilominus temere a quibusdam usurpatorum referri possent, sed placet vnicum duntaxat, quod in tutoribus vel curatoribus constituendis consistit, non allegare tantum, sed etiam speciminis inauguralis loco, quantum temporis ac virium ratio permittet ita tractare, vt ad notariorum officium neutiquam illud trahendum esse manifestum fiat. Quod dum ingenii saltem exercendi, non alias erudiendi gratia suscipio, nec supremi numinis auxilio nec lectoris humanissimi fauore me destitutum iri confido, vtrumque certe, qua debeo, deuotione atque obseruantia exopto.

Ne



E plus, quam hic par est, operæ Notarii definitio terminorum explicationi impen-  
damus, *Notarium*, quem *Tabellionem* quoque interdum cum aliis appellabimus, ita descripsisse sufficiet; quod sit persona publica  
*L. 24. C. d. administr. tut. L. fin. §. 2.*  
*C.d. Jur. delib. ab eo*, qui supremam

potestatem (a) habet (vel immediate vel mediate, e. g. per Comitem Palatinum) constituta, ut de rebus gestis ad perpetuam fidem solennia instrumenta conficiat. Qui plura de illis scire cupit, consulat *ANONYMI artem Notariatus an. 1552. Lugduni impressam*, *VOLCKMANNI artem Notariatus, STRUVII dissertationem de Notariis. BE SOLDI Thesaurum Practicum* (b) aliosque multos.

A

§. II.

(a) Atqui in notitia mediæ aëi occurunt notarii, quos adpellavit episcopus, princeps, comes, magistratus. Verum habuerunt illi etiam hanc facultatem a Caesare aut Papa. Exemplo antistitis Magdeburgici, qui singulari privilegio instructus est creandi notarios.

(b) Addi possunt in primis *TUSCHIUS*, cuius in hoc argumento loca

## DE PSEUDOTUTORE

Tutoris.

§. II. Per Tutores hic intelligimus eos, quibus potestas competit tuendi impuberes, qui ob teneram aetatem ipsi se defendere nequeunt. pr. *Inst. de Tutelis*. Horum nonnulli dicuntur *testamentarii*, alii *legitimi* alii *vero daivi*, prout nimirum vel per *testamentum*, vel per legis immediatam dispositionem, vel iussu magistratus ad hoc munus vocati fuerunt. Plura de illis hoc loco afferre nihil attinet, cum ex infinitis iuris nostri libris atque commentariis reliqua facili negocio peti possint.

Curatoris.

§. III. Curatorum appellatio denotat eos, qui vel per *testamentum*, vel per expressam legum voluntatem, vel per *magistratum*, ad id constituti sunt, ut administrant bona, vel consentiant in *negocia* illorum, qui minores pr. *J. de curat*, vel furiosi, §. 3. *J. eod*. vel mente capiti, vel muti et surdi, vel simili morbo perpetuo, quo impediti rebus suis superesse non possunt, affecti, §. 4. *J. eod*. vel prodigi *L. 1. ff. de curat*. vel absentes a *L. 3. C. post lim. jung*. SCHILT. *ad ff. Exercit. 15. th. 72.* vel nondum nati sunt, *L. 1. §. 17. 19. ff. de ventr. in poss. mitt.* item, qui eo fine dantur, ut certae litis curam habeant (*Kriegische Vor- munde* vulgo appellati) *L. 1. C. de in lit. dand. tut. 1. Decis. Elect. 35. §. 41.* tandemque, qui ob sexus imbecillitatem, *Saxonicis præcipue moribus, fœminis consulere iubentur.*

loca sunt instruetissima. Quorsum etiam pertinent *Icti camerales* & ex humaniori iurisprudentia Jac. GOTHOFREDUS ad C. Th. PANCIROLUS *in notit. imp. GUTHEERIUS de offic. dom. Aug. & du FRESNE* in thesauro medii aevi. Taceo *Knaufinum, Hornig- kium, Magonium, Tassaram, Weissum, Mayerum*, aliasque scriptores ex instituto de iuribus notiorum.

## NOTARII.

3

**tur.** *Constit. Elect. 15. Part. ii. Decis. Elect. 24. Land-R.  
lib. I. art. 32.*

§. IV. De omnibus modo recensitis tutoribus Propositio, tu-  
atque curatoribus asseveramus, quod a notariis, qua torum falso  
talibus, valide dari vel confirmari nullo modo possint: creari a nota-  
atque hanc nostram assertionem in sequentibus para-  
graphis, qua fieri poterit brevitate, dabimus proba-  
tam.

§. V. Quod ad *testamentarios* atque *legitimatos* tuto-  
res curatoresve attinet, res ipsa satis loquitur, quod  
illorum *datio* sit extra sphæram potestatis notariorum  
ordini concessæ, cum illi ex testatoris voluntate, hi  
ex legis dispositione orientur, neque adeo secundum  
ius Romanum magistratus officium concurreret.  
Cum tamen hodie per *Recess. Imp. d. an. 1577. tit. 32. §. 2.*  
omnes qui quoconque modo ad tutelam vel curam  
appellantur, magistratus confirmatione indigeant,  
quæri fortassis posset, annon sufficiat, si huius vice  
tutor vel curator *testamentarius* atque *legitimus* impe-  
tret notarii cuiusdam corroborationem. Id quod ne-  
gandum esse, ex iisdem argumentis apparebit, quibus  
notarios a constitutione tutoris vel curatoris *dativi* pro-  
prie sic dieti (c) excludemus, cum quæratio est dationis  
tutorum, eadem quoque sit confirmationis *arg. l. l.*

A 2

§. I.

(c) Moribus enim hodiernis omnes rutores quodammodo *dativi*  
sunt, & in *legitima ac testamentaria* tutela vix superest pristini iuris  
umbra. Inde iudex hodie non admittit tutorem, si is vel *testamentum*,  
ubi nominatus sit, vel *genealogicam* tabulam, unde consanguinitas  
patet, in medium producat. Verum ubique opus formula iudicis  
tutelari, quam adpellamus nomine *tutorii*. Ut adeo hæc tutelarum  
genera ex iisdem causis *notario* negentur, quam *dativae*.

etiamli testa-  
mentarius vel  
legitimus sit.

#### DE PSEUDOTUTORE

§. 1. *in fin. ff. de Confirm. tut.* Neque dubium magni momenti erit, si dicas a notario videri confirmatum curatorem vel curatorem testamentarium eo ipso, dum testamentum quo nominatus est, coram eo siue scriptura siue nuncupando conficiatur. Ut enim a clausis testamenti factio[n]is non a notario qua tali, sed a testium legitime rogatorum praesentia robur suum accipit *l. 21. C. de testam.* ita ei tutorum & curatorum in ultima voluntate facta constitutio non magis attribui potest, quam ipsa heredis institutio cum legatis & fideicommissis.

Virum nota-  
rius iure crea-  
tor tutoris:  
dativi??

§. VI. Tota igitur controversia de hac, ultimo loco memorata tutorum atque curatorum specie, nimurum de *dativo*, instituetur, in qua decidenda investigabimus (1) an *lex* quædam expressa notariis hac in parte faueat. (2) an *leges*, quæ de eiusmodi tutoribus atque curatoribus loquuntur, earumque rationes pro iisdem faciant, nec ne. (3) an *rationes* legum, quæ notariorum officia determinant, quod hunc articulum, aliquid pro ipsis continet. (4) an *necessitas* quædam urgeat, ut facultatem, de qua quæstio est, ipsis indulgeamus. (5) an *utilitas* aliqua subsit, quæ idem suadeat. Quibus omnibus rite ponderatis, cum apparuerit, nihil horum affirmari posse, euidens fore existimamus, quod notarii nihil plane in constituendis tutoribus vel curatoribus sibi tribuere possint.

Num illi hoc  
ius ex legibus?

§. VII. Quod ad primum attinet, nullam adhuc conspicere licuit legem, siue imperii nostri, siue denique in Saxonice aut aliis prouinciis obtinentem, quæ notariis potestatem concedat, tutorum vel curatorum dationi se immiscendi. Contrariam ergo sententiam defen-

defendentibus incumbet, eiusmodi legem uti nobis ostendant. Imo ne consuetudine quidem tale quid uspiam introductum esse invenimus.

§. VIII. Sed videamus annon deficientibus *legum* II. An extē: verbis illarum *rationes* pro notariis hactenus allegari <sup>gum rationi-</sup>  
queant? Et primo quidem loco quidnam disponat *Ius* <sup>bus.</sup> *civile* considerēmus. Hoc tutores (idem de curatori-  
bus argumento *L. 21 ff. de tut. & curat. dat.* dicendum) non  
ab aliis constitui vult, quam a Principe *L. 6. pr. ff. de*  
*excus.* vel a magistratu & quidem non indiscriminatim  
ab omni, sed ab eo, cui specialiter illud indultum. Ta-  
les autem magistratus fuerunt Consules §. 3. I. d. *Attil.*  
*Tut. L. 1. §. 1. ff. d. confirm. tut. vel. cur.* vel soli, vel adhibita  
maiori parte Tribunorum Plebis *pr. & §. 3. I. d. Attil. Tūt. L.*  
*45. §. 3. ff. d. excus.* Praesides Provinciarum *pr. & §. 4. I. d. Attil.*  
*tut. L. 1. ff. d. tut. & cur. dat.* Proconsules *L. 1. pr. ff. eod. Libr.*  
*1. pr. ff. d. confirm. tut.* Legati Pro-Consulis *L. 1. §. 1. ff. de tut.*  
*& cur. dat. L. 15. ff. de offic.* Procons. Praefecti Romæ §. 3. I. d.  
*Attil. tut.* Praefecti Egypto *L. 1. pr. ff. de tut. & cur. dat.*  
Magistratus omnes municipales vel accidente jussu prae-  
sidis §. 4. 5. I. d. *Attil. Tut. L. 2. §. 23. ad Sc. Tertull. tot. tit. de*  
*magistr. conuen.* vel consentiente Episcopo civitatis *L. 30. C.*  
*de Episc. and. §. 5. I. d. Attil. tut.* Tandemque decuriones,  
quies scilicet non aderat municipii magistratus *L. 19. pr.*  
*ff. d. tut. vel curat. dat. L. 1. pr. ff. magistr. conv.* Nunc  
judicetur (d) num ab ullo eorum, quos modo recensui-  
mus, argumentatio iusta procedat ad notarios.

## A 3

## §. IX.

(d) Scilicet, nisi voluntas parentum vel sanguinis ratio prospexe-  
rat pupillis eorum tutela fuerat penes principem aut rem publicam.

III. Ex Constitutione Germanici imperii.

§. IX. Jure imperii is tandemmodo tutelæ curævæ onus imponere potest, qui ordinariam in pupillum minoremue habet jurisdictionem. Etiam leges Germaniae vetustiores in tutoribus constituendis non aliam faciunt mentionem, quam judicis. Ita in legibus WGOTHR. lib. 4. tit. 3. §. 3. claris verbis dicitur, quod *in presencia iudicis consanguinei & parentes liberis suis debeant tutores nominare, a iudice confirmandos*. Convenit cum his media iurisprudentia fide & auctoritate utriusque speculatoris Saxonici & Suevici, quorum loca facile evoluuntur. Accedit omnium Germaniae statutorum, quam varia hæc & multiplicita sint, maximus concentus. Quo sine centum statutorum nomina congesit cumulavitque Gieseberthus periculo II. stat. Artic. 20. n. 83. 84. 95. p. 79. 80. sq. Ubi uno veluti calamo scribitur: provincias Germaniae ab aliis tutores neque utere neque expectare, quam a solis iudicibus, ne quicquam vel ab officialibus aliis vel personis peregrinis. Neque nostræ reipublicæ ratio aliud quid patitur. Olim apud Romanos unus princeps aut respublica una: reliqui ordines omnes fuerant simplices officiales. Quapropter imperator horum potestatem & jurisdictionem pro suo arbitratu temperare, nunc proferre iterumque contrahere poterat etiam in tutelis. Quod aliter se habet in Germania. Ubi iurisdictio in singulis territoriis propria est ordinibus. Quorum iura lädere nefas est. Ut adeo *ius tutelare*,

Horum igitur opus est vicariatu sive quis nominet, tutorem sive quis tutor ab alio nominetur. Quemadmodum legitimi & testamentarii tutores recte appellantur *vicarii parentum*. Ad neutrum via patet notariis.

*lare*, quod iurisdictioni aut superioritati cohæret, inde neque divelli possit neque *comitum*, *palatinorum* vel *notariorum* societate diminui. Taceo, quod iurisdictione hodie in fundis prædiisque æstimetur referaturque ad *reditus* eorundem fructuarios, præfertim etiam facultas concedendi tutoria & curatoria, quæ semper lucrosa sunt. Itaque non sine iniuria *iudicis landsaffii* aut domini territorii notarius sibi eiusdem generis *sportulas* ac quæstus adrogaret. Sicut iis, qui immediate imperio subsunt, *Camera Imperialis* vel *Iudicium Aulicum* defensores vel administratores eiusmodi constituere debeat, illi vero, qui immediate sunt imperio subiecti, eosdem accipere iubantur a suo quisque magistratu (e) *Vid. Ordinat. Polit. Ru-*

dol-

(e) Imo sunt aliqui in ea quoque sententia: quod ius tutelare in Germania vel principis sit territorialis tantum, vel illius cui nominatum princeps illud concesserit. Quoniam huius maximopere interficit, ut bona vitaque bene conservetur pupillorum, quo subditos habear, olim reipublicæ viles. Inde frustra Ant. Matthæi ad tit. *inst. de Attil. tut n. 5.* ad errores nouantium ICtorum referit hunc, quod Simon van Leeven ad *Rhynland conf. part. 2. c. 1.* tutoris dationem non nisi illi velit ordinarie tributam, qui mero instructus sit imperio. Idem enim ante illum innumeris Icti alii dixerunt docueruntque, quorum nomina congregere Hunnius var. *resol. lib. 2. tract. 4. quest. 13.* & plenius Balthasar Ictus *Boicus tit. 5. resol. 2.n. 12. seq.* Neque dubitauerim illud obtinuisse quandam in Germania. Quod landsaffis nullum genus fuit iurisdictionis. Sed hodie, postquam iurisdictione omnibus fere landsaffis est tributa, cum eadem quoque a curia principis ad villas eorundem iura tutelaria transmigrarunt. Eoque falius, quod ibi domesticorum curta plerumque supellex & miseraors, ut opere pretium non sit, principis curiam hoc tutelæ genere fatigare. Quicquid sit, iniuriam faceret *notarius* tutoris creator principi

*dolphi II. de Anno 1577. tit. 32. §. 1. vers. So wollen wir.  
Ordin Cam. P. 3. tit. 3. Reichs-Hofraths-Ordnung tit. 2. §.  
So wollen GAIL. cas. 1. 1. n. 47. SCHÜZ de Stat. Rei Rom. Vot.  
2. Diff. 8. Thes. 12. Reinking. de regim. Sect. Eccl. lib. 2. Class.  
2. cap. 14. n. 20.*

IV. Sigillatim  
Saxonie  
institutis.

§. X. Conspirat in eo cum iure Imperii uniuersali  
*Jus Saxonicum, Magnif. Dn. Lüd. Mencke in Tract. Synopt.  
Pandeſt. ad Tit. de tutoribus & curatoribus datis, scilicet  
ut schriftstassiis tutores atque curatores constituantur  
a principe, reliquis a magistratu inferiorem habente,  
& quidem ab eo, qui secundum circumstantiarum di-  
uersitatem vel ratione domicilii impuberis minorisue,  
vel ratione bonorum, sitorum vel ratione nexus feu-  
dalnis, vel ratione contractus litisue pendentis intuitu  
der Kriegischen Vormunde competens sit, Ord. Proc.  
Sax. tit. 45. §. fin. Decif. Eleſt. 41. & 59. Carpz. Part. 2. Conſt.  
15. def. 16. Eadem quoque in Sallia in Belgio in Rorussia &  
alibi obſervari docet HOPP. in us. bodiern. Inst. ad tit. d. At-  
til. tut. (f)*

## §. XI.

cipi vel directe vel indirekte, lēdendo iura landstassi subditi aut va-  
ſalli. Taceo quod plurimæ etiam ciuitates alant sigillatim: *iudicia  
tutelaria Vormundschaffts-Gerichte, quibus tutoris *datio* competit  
priuatue, cum aliis, tum comitis palatini & notariorū exclusis conatibus.  
Quod non fieret, si regnaret in negotio tutelari vnius hominis, etiam  
aduenæ peregrini, nescio quæ, autoritas.*

(f) Inſtruſtiores in hoc argumenio Gielebertus in *ſtatutorum  
periculo* ſecundo, quod aliis eiusdem opusculis eſt rarius; Voetius  
in *comment. ad instiſ. & apud Gallos Bugnionius de leg. abrog.* atque  
b. m. Strykius in V. M.

§. XI. Nec sine gravissimis causis factum videri V. Ratio con-  
debet, ut jurium, quæ allegavimus, auctores noluerint sultissima, qua  
designationem vel confirmationem tutorum atque cu-  
ratorum ad aliorum, quam ad magistratum curam.  
pertinere. Nimirum 1) æquitas exigit, ut personis bo-  
nisque minorum ab iis potissimum prospiciatur, quo-  
rum & officium postulat & maxime interest, ut singuli  
salvi sint. 2) Cum ad munus tutelæ curæque tamquam  
publicum, suscipiendum & admittendum inuiti quo-  
que debeant compelli, L. 214. ff. d. V. S. Rec. Imp. de anno  
1577. tit. 32. §. 1. oportet utique, ut cogendi autoritate at-  
que mediis instructis sit, qui talia injungere cupit. 3) Ut  
eo melius intacta serventur iura impuberum atque mi-  
norum, saepe non solum inquisitio in mores atque facul-  
tates futuri tutoris atque curatoris instituenda, sed &  
cautio ac *iuris iurandi* præstatio ab eodem postulan-  
da, l. 5. I. 7. §. 1. ff. d. confirm. tut. vel cur. L. 27. C. d. Episc. aud.  
Nov. 72. cap. 8. di&l. Rec. Imp. §. 3. ob quorum neglectum, si  
forte levantur sub tutela curæve constituti, regressus iis  
conceditur ad indemnitatem consequendam, contra  
eos, qui talia in ipsorum utilitatem exigere debuissent  
tot. tit. ff. de magistrat. convenient: Quis vero melius scire  
potest (g) indolem ac bona civium, quisque efficacius  
B eos-

(g) Addo causam aliam pseudotutori *comitis palatini* aut *notarii*  
adversam. Quod olim apud Romanos *dativæ* tutelæ fuerint rarissi-  
mæ, adeoque facilior, hoc rerum statu esse, poterat Ictus in *iure con-*  
*stituendi* *tutores* aliis tribuendo: sed quod contra Germani aliud fere  
nesciant tutelæ genus, quam *dativæ*. Quoniam etiam in *testamen-*  
*tario* & magis in *legitimo* opus est aliqua inquisitione, adeo, ut, pro  
iudicis arbitratu, illi possint repelli: hoc certe frustra, dabitur *notario*  
aut

eosdem ad satis dandum adget, quam qui illis praest? Cuius denique fides securiores reddet eos, qui tutorum vel Curatorum indigent, quam cui publica fides est commissa?

*Quæ cessant in  
notariis.*

§. XII. Iam quam parum haec omnia quadrent ad notarios, primo statim iutuitu in oculos incurrit. Sunt enim neutquam *magistratus*, vid. huius *dissert.* §. 13. §. 17. & 18. ac propterea & assessoribus, qui consilio ipsis subvenire queunt, & autoritate, in invitatos aliquid statuendi, ex fide, quæ satis securos reddere possit impuberes, minores, similesve personas, præcipue ob facilitatem mutandi forum, plane destituti.

VI. ex indole  
artis notario-  
rum, tutoris  
dationi con-  
traria,

§. XIII. Quod si *naturam* ipsam atque finem *artis* quam *notarii* exercent, proprius intueamur, nihil vel ex illa vel ex hoc erui poterit, quod tutorum atque curatorum constitutionem ipsis competere euincat. Utriusque potius accurata contemplatio evidens reddet, eo omnes munera huius partes collineare, ut quæcunque coram ipsis vel mortis causa vel inter vivos gesta sunt, ita literis consignentur, ne veritas, (h) eorum in dubium post-

aut *palatino*, ut in alieno territorio ipse regnare & instar dictatoris, unum arcere a tutela, alterum vero ad eandem possit advocare. Quid? quod si illud clarum est, quod iudices tutelares spernere queant languinem & ultimam voluntatem in causa tutelari: quis dubitabit maiori facilitate eos ridere posse palatini aut notarii pseudotuorem. Ad extremum, ut princeps turbare nequit subditum in hoc iure, quod ei semel dedit: ita neque imperator turbabit illos in causa eadem per notarios aut palatinos multoties ad sordiditatem usque, Zieglero iudice, quæstuosos.

(b) Plura olim genera notariorum. Alii tantum fuerunt *amahuen-*  
*fes*

postea vocari unquam possit. *Veritatis* igitur testes omni exceptione maiores sunt notariorum instrumenta rite confecta vid. Speculator tit. de instrumentorum editi §. refat. n. 37. validitatem autem actui conciliare nequeunt, si hic forte alio modo celebratus fuerit, quam qui a legibus præscriptus erat.

§. 14. Neque vero ut tutorem curatoremve a No- VI. ex iure ob tario aliquis accipiat, ulla *necessitas* poscit. Cum enim multas causas ultimam voluntatem conscientes, quorum in mora periculum et frequentissimum est & favore dignissimum, curatoribus non indigeant, actum autem inter vivos celebraturi & que facili(i) magistratus ordinarii ac notarii

B 2 cuius-

*fes* vel principis vel administris vel hominis tantum priuati. Alii compendia scribendi docuerunt, beneficio *notarum*, quibus verba dicentium quam velocissime ipsi etiam icti exceperunt. Alii universitatis aut collegii litteraria instrumenta tractarunt verbisque ac formulis conceperunt, & nonnunquam occupati fuere in suppeditationibus. Alii demum publica fide muniti sunt, ad omnis generis negotia, non conficienda, sed adnotanda. Quæ discrimina recensent Gothonfredus ad l. 2. c. th. de tab. Tiraquellus de nobil. c. 30. n. 9. Zieglerus de iurib. maiest lib. I. c. 26. Cum igitur tabellarii, tabelliones, chartularii, notarii haberentur pro synonymis: fieri aliter non potuit, quam ut eadem verba multiplices haberent significatus, usu ævi vulgaris invicem turpiter commixtos. Id extra dubium est, quod nostri tantum loci hic sit notariorum genus ultrimum. Aliis enim tutelaria iura nequidem tribueres somniando. Verum neque huic alium propositum esse finem, prodit *notarior. ordinat. de a. 1512. in R. I. tibi causas notariatus ita prodit imperator:* Nach dem, dem H. N. R. obgelegend das Amt der offnen Notarien dadurch die Handlung der Menschen nicht in Vergessenheit gesetzt, sondern in reicher Gedächtniß gehalten werden. Pertinent haec ad fidem historicam notariis pleno iure tributam non ad genus aliquod iurisdictionis tutelaris.

(i) In tanta iudicium hodie frequenter; olim enim tota provincia tot

cuiusdam copiam habere, vel si secus contingat, plerumque sine gravi damno paulisper expectare possint, quid est quod a regulis iuris ordinariis hac in re discedere nos cogat? Ut taceam, quodquis ea quæ ratione officii expedire non potest, regulariter ne tempore quidem necessitatis facere queat. Evidem necessitas legem non habere vulgo dicitur, & iura singularia propter eandem admittenda esse innuit. *l. 162. ff. de Reg. Jur. cap. 78. de Reg. Jur. in Vito l. 7. pr. ff. de administrat. Tutor. l. ii. §. 1. ff. de Muneribus l. 10. §. fin. ff. de excus. tutor. l. 5. ff. d. off. proc. Decif. Elect. 1.* Notabilis etiam est textus in *l. 3. C. de annali except.* quod in subsidium coram tabulariis ad interrumpendam præscriptionem porrigi possit libellus, & in *Decif. Elect. 45.* expresse dispositum, quod a testatore præsente mortis periculo, testamentum coram solo iudice sine actuario insinuari possit in verbis, es wäre denn des Testatoris Todes-Gefahr gegenwärtig, und der Richter könnte den Actuarium so geschwind nicht erlangen, auf diesen Fall, und wenn der Richter wegen solcher Gefahr gerichtl. attestaret, soll das Testament vor beständig gehalten werden, außer welcher necessitat aber diese unsere Decision nicht zu extendiren ist: Attamen eo haec extendenda non sunt, ut singulare aliquod citra legis dispositionem & permissionem admittamus, cum primis ubi ex-

iudicia habuit, quot hodie in uno quandoque oppido reperiuntur. Penes unum quondam comitem aetæ sunt causæ expeditaeque universi comitatus? qui nunc scinditur tanta iudicium iudiciorumque multitudine. Cuius mihi videntur rationes fuisse, quod homines tot sint, iure docti, quod landsassius quilibet fere donatus sit a principe iurisdictione; quod maiora nunc litigandi libido, quam fuerit olim cetera.

extrema necessitas non adest, quæ tanquam insuperabilis præsumitur excepta arg. l. 13. ff. famil. hercisc. l. 38. pr. ff. de leg. 3. Hugo GROTIUS l. 2. de iure bell. & pac. cap. 2. n. 6. quo pertinent casus in l. 2. §. cum in eadem 2. ad L. Rhodiam de jactu l. 3. §. 7. ff. de incendio ruina naufrag. l. 29. §. 3. ff. ad l. Aquil. qualis necessitas ut supra monitum hic non adparat, conf. Cephal. Conf. 45. n. 282. seq.

§. XV. Multo minus induci possum, ut mihi persuadeam *utile fore* (k) vel toti rei publicæ vel impuberibus, minoribus, cetera, si ea, de qua disserimus, facultate tabellionibus concessa turbentur limites officiorum publicorum, præcludatur magistratibus via cum debita circumspectione opirulandi illis, qui aliena tuitione præceteris egent ac digni sunt, denique occasio præbeatetur, facilius & minori cum spe remedii lädendi eos, qui vel propter ætatem, vel propter sexum, vel propter animi corporisve morbum, aliamve causam suis ipsi rebus reæ praefesse non valent.

§. XVI. Adeo firmo talo nititur veritas *Confutatio eocallatorum*, ut, quæ dubium aliquod movere queant, vix rum quæ nobis expectanda videantur. Sunt tamen rationes nonnullæ, <sup>rum quæ nobis hic videntur</sup> ob quas, vt sententiam nostram vel plane mutemus vel

## B 3

mini-

(k) Hodie præsertim, ubi tanta notariorum esse solet stupiditas, ignorantia & perversitas. Dubitarem hæc scribere nisi ante me hoc fecissent alii præsertim *Ventura de Valentiis lib. 1. Partenii. litig. c. 9 n. 34. Zieglerus de iurib. maiest. lib. 1. c. 26. n. 13.* Quid? quod hanc notariorum faciem deplorent leges publicæ C. Ordin. Augsb. 1500. tit. 13. Nachdem es die Erfahrung gezeuge, daß viele Leute durch Unwissenheit, Unformlichkeit und Versäumniss der Notarien in Schaden und Irrthum geführet worden: so will nothig seyn, daß eine

minimum limitemus, æquum apparere quibusdam posset. (1)

Opp. I. quod  
notarii appelle-  
lentur iudices.

§. XVII. Nimirum(I) videmus, notariis *iudicium* *chartulariorum*, quin & *iudicium* *ordinariorum* appellatio-  
nem tribui, idque non a privatis duntaxat, sed in instru-  
mentis creationis, quæ a comitibus palatinis accipiunt,  
imo, quod pius est, ab imperatoribus ipsis (m) quem-  
admodum in comitivis tantum non omnibus obseruari  
poterit.

Ne reformation der Notarien vorgenommen werde. Idem repetitur  
verbis significantioribus in *Ordin. de Notar.* a. 1512. Cöln: Etliche  
Notarien Fälschheit mit ihren notariat begangen, oder sich mit andern  
Missethaten befleckt, oder öffentlich berichtet, ander solumq. unge-  
genübt und unverständig seyn. Videat cogiteque secum, qui cause  
favet, num hæc de *notariis facinorosis ignavis, stupidis ac desidi-  
bus* publica testimonia inuitare legislatorem possent ad tutelaria iura  
danda notariis.

(1) In his castris semel atque iterum militasse iuraque tutelaria no-  
tariis tribuisse Wittebergenses, illud quidem reperi apud virum illu-  
strem *Joan. Balth. Wernerum part. 1. Obseru.* 179.

(m) Esset quidem hoc ipsum pro cause nostra non leui firma-  
mento. Quodsi enim opus est, ut *notarius* iure tutelari, instar præ-  
rogatiæ instruatur in principis libello, filum consecutionis hoc est,  
quod illa facultas non competit notariis, si formula hæc fuerit omessa.  
Quia certi juris est, quod regulam firmet excepio. Illud vero hic  
queritur: num siue a principe siue a palatino instrui possit notarius  
potestate, tutores aut curatores dandi. Ipse libellum inaugurationis  
notarii vidi, his verbis, post alia, conceptum: gebe ihm auch Macht  
und Gewalt allerhand Vorwürfer, tutores, curatores oder Pfleger,  
so von andern erwehlet, gegeben oder gesetzet werden, zu confirmiren  
oder dieselbige selbst zu setzen und anzutordnen. Verum enim vero  
etiam hoc casu *iura tutoria* notario nihilominus negarem. Quod  
enim manifesto cum alterius iniuria coniunctum est: illud ne qui-  
dem

poterit. Conferatur speciatim diploma quod comiti-  
bus ab Ortenburg a Carolo V. indultum fuit apud  
Volckmannum in art. *Notario iunge BARTHOL. in l. tube-*  
*mus to. C. d. 88. eccles. n. 14. Paul. de Castro ad L. acto 45. ff. de re*  
*iud. MYNSING. Conf. 93. n. 30.* Neque probabile videtur  
solum nomen sine re & effectu tributum esse, quum po-  
tius ei, cui illud conceditur, eiusdem etiam effectus non  
denegari possit, argum. *l. 2. §. 2. ff. de rebus creditis. BAL-*  
*DUS in consl. 328. n. 6. vers. utrum revocatur vol. 1.* Unde  
nonnulli præter nomen & titulum ipsum adeo potesta-  
tem iudicis ordinari & veram iurisdictionem notariis  
competere affirmant, *ACCURSIUS ad l. 1. ff. de iudiciis BAL-*  
*DUS in l. 4. C. de Adopt. ALEXANDER in l. 5. §. 1. ff. de Re*  
*Jud. (n)*

## §. XVIII.

dem a principe fieri posse, credendum. Si enim eius generis nota-  
rius in principiis sive alijs imperii statis territorio ea potestate utere-  
tur: principio peccaret in dominum superioritate instructum, deinde  
in landassium, vasallum aut magistratum, quibus princeps idem iure  
largitus est clientelari. Quod diximus supra. Neque enim nostri prin-  
cipes Cæsaris officiales sunt habentque iurisdictionem cumulative aut  
cum illo concurrentem, quem instruere illo simul posset si veller im-  
perator. Qua formula Romani vixerunt; a qua omnino abhorret  
princeps Germaniae.

(n) Tolerari est error potest in Italiis, propterea, quod Cæsar is  
ibi imperium fuerat absolutum. Sed pudeat Germanos, discrimen  
nescire inter patrie libertatem & Germanis, viatori populo servam  
Italiam. Forment Itali ius publicum Italiae ex ultimo & penultimo  
libris codicis Iustiniane, aut ex principiis fendorum Longobardie,  
parum aut nihil peccant. Verum tamen ecclum cum terra miscent,  
qui hoc docere audent in Germania, qua formulam habet imperii  
tantopere adducti. Absit igitur, ut, quam potestatem Italia dat nota-

riis,

Respond. quod  
hoc fiat in mi-  
nus proprio  
significatu.

§. XVIII. Sicut certo certius est, a nudo nomine ad rem ipsam illationem non recte fieri, quoties indubitate argumenta utriusque discrepantiam exhibent, l. 12. ff. de iure patronatus l. 10. C. de ingenuis & manumissis cap. 28. X. de Elect. ita Judicis titulus quando notariis imponitur, non insensu proprio ac vero, sed abusive vel analogice accipitur. Quoniam scilicet actus quosdam, qui coram iudice alias fieri possunt, celebrare, & iisdem fidem instrumentis suis de super confectis conciliare valent. Nullib[us] n. legitur, notariis idem officium eandemque potestatem fuisse concessam, quae magistratui vi iurisdictionis sua competit, ut proinde hac non ad parente nomen Judicis non nisi titulus honoris hac causa acceptus sit. Recte itaque alii iudicis ordinarii potestatem notariis denegant. Confer. Petr. Barbosam ad tit. ff. de Judiciis l. 1. art. 1. Stephanum de iurisd. lib. 2. p. 2. c. 5. n. 1. Mindanum de Mandat. lib. 2. c. 69. Sez. 4. Heig. p. 2. qu. 7. n. 22. Finckelthau. obs. 75. Berlich. p. 1. dec. q. 3. n. 31. Carpz. p. 3. Conf. 3. def. 21. (o)

Oppos. 2 quod  
actus exerceant  
his similes aut  
maiores.

§. XIX. (II) Fortius vero adhuc stringere vide-  
tur, quod notarii varios exerceant actus, qui iurisdictioni  
regulariter coharent, nimurum testes, quibus partes  
litigantes coram iudice suam intentionem probent, ex-  
aminando eorumque dicta in stricturam redigendo, quae  
non solum in casu, ubi periculum in mora est, uti vult,

Vestrius

riis, eam nos obtrudere velimus ordinibus Germaniae, superioritate  
non privilegio instructis, sed iure originario.

(o) Eodem plane iure ex iisdemque rationibus idem recte negatur  
comiti palatino. In illis puta momentis, quae non versantur in Cæ-  
sarum reservatis, In quo numero nemo habuerit ius tutelare.

*Vestrius in prax. Rom. l. 6. c. 2. n. n. & Græveus conclus. 102.*  
*Confid. i. sed in omni causa summaria vim probandi habet,*  
*& admittitur: speciatim de possessoris (p) summarissi-*  
*mo agit Decis. Elect. I. Appellations porro recipiendo, &*  
*apostolos dando, protestationes atque citationes insi-*  
*nuando, procuratores atque syndicos constituendo, &*  
*alios similes aëtus iudiciales peragendo: quemadmo-*  
*dum etiam testamenta apud ipsos æque ac iudices recte*  
*ordinantur.*

§. XX. Verum enim vero facile declinari possunt, Respond. immo  
 quæ speciose obiiciuntur. Primo loco enim notandum est, quod non omnino procedat argumentum, si quis ab  
 ab aëtu quodam, quem notarius non minus ac iudex expedit, ad identitatem potestatis & iuris concludere velit.  
 Nam eadem negotia, quæ iudex in iudicio vi iurisdictionis celebrat, notarius extra iudicium vi sui officii citra iurisdictionem peragere valet. Id quod luculenter adparet, exemplo testamenti, quod apud aëta conditum nulla alia opus habet solennitate, quam iudicis & scabinorum, quibus iudicium constituitur præsentia, & aëtria fide l. 19. C. de Testamentis Conf. Elect. 3. p. 3. f. Dec. Elect. 45. & 73. Sed in testamento coram notario & testibus con-

C dito,

(p) MAGDEBURG. Proc. Ord. c. 17. Es sollen auch die Notarii, sub pena irrii, nicht befugt seyn, Zeugen enölich abzu hören, außer zur defension der inquisition und super facto praesentaneæ possessionis. Inde formula uero forensi tritissima, quod testes frustra (nulliter) a notariis auditii ab ordinario iudice audiiri debeant denuo, würde Titius seine Aussage nochmals vor euren Gerichten eydlich wiederholen, so ergehet in der Sachen. ZIEGLERUS lib. I. de iure maiest. cap. 26. p. 13.

dito, quæ forma atque solennitas observanda sit, notum est, (q) quibus non indigeret, si ipse pro iudice haberet posset atque aliqua iurisdictione gauderet. Ita procuratorum atque syndicorum institutio eiusmodi actus non est, qui iudicis autoritatem semper & indistincte requirat, cum etiam non adhibito notario a quolibet privato mandatum subscriptione munitum dare possit. Hinc nulla urget necessitas, ut a notario desuper confessum instrumentum pro actu iudiciali venditemus. Ita media probationis, quibus in processu utimur, non semper iudicialia sunt. Nam documenta varii generis extra iudicium conscripta iudici fidem faciunt, si ex iis de veritate rei constare possit. Itaque nulla ratione cogimur asserere, testium examen a notario adhibitis testibus susceptum talem actum esse, qui non nisi vi iurisdictionis expediri queat. Deinde memorata actus coram notario celebrati non sine discrimine pro validis agnoscuntur v. g. ius civile non nisi in absentia iudicis hanc notario facultatem.

(e) in testibus notarii.

(q) Memini casus novissimi, ubi comes palatinus sibi hoc summis, ut testamentum coram ipso eiusque notario conderetur. Mortuo testatore de valore testamenti graviter est litigatum. Palatinus causam suam ita tueri voluit. *Principio*, dixit, se hoc iure instructum esse in formula comitiae imperialis. *Deinde* factum hoc esse instar iudicis & actuarii, quorum ipse non cedat auctoritati: *Reposuerunt* heredes ab intestato: & quidem ad *Imum*, palatini iura verlari intra limites Cæsaris reseruatorum, in quibus nec quicquam numerentur iura testatorum. Ad II. *alterum*, negari consecutionis filium, quod palatinus idem possit, quam iudex. Alia munera iudicis, alia esse palatini. Et quemadmodum iudex sibi adrogare non possit illa, quæ propria sint palatino, ita pariter nefas esse, committere hunc *metabatur* eandem.

facultatem largitur, ut appellationes recipere possit l. 7. (d) in adpellationibus co-  
ff. de appellationibus l. 2. C. de his qui propter met. iudic. non ap-  
pellarunt. Et similiter ius Saxonum Electorale tum  
demum earum insinuationem apud notarium factam va-  
lere iubet, si iudicem nec appellationem recipere nec  
apostolos dare voluisse probetur, *Resolut. Gravam.* de an-  
no 1653. & 1657. tit. von Justitiæ Sachen §. 30. NICOL.  
proc. p. 2. c. 5. n. 3. Et si recte hunc actum inspiciamus,  
nihil aliud est, quam protestatio quædam publice coram  
notario tanquam publica persona facta, quod iudicis  
copia ad interponendam appellationem haberri non po-  
tuerit vid. GOTHOFRED. ad dict. l. 2. C. de his qui propter met.  
iud. non adpel. Quam etiam coram aliis personis honestis  
& fide dignis fieri possit, idem ad l. 7. ff. d. Appellat. qua-  
propter ne quidem pro actu iudiciali haberri debet, licet  
singulari iure eodem effectus suspensionis non minus,  
quam appellationi coram iudice, a quo interpositæ tri-  
buatur.

§. XXI. Quid quod concessa etiam aliqua in præ-  
dictis actibus notario iurisdictione, (r) tamen iis probe  
perspectis plerique voluntarie non contentiose erunt, ita  
scilicet comparati, ut nulla causæ cognitione inter par-

C 2

Summatim ab  
actibus voluntarie iurisdi-  
ctionis n. e. c.  
ad contentio-  
tes fam.

(r) Nolim ego hoc dare *notario*, cuius munus in eo tantum versa-  
tur, ut agat publicæ fidei testem historicum. *Memoria* illi sufficit,  
neque ab ipso expectandum *iudicium*. Ultimum quoties sibi sumit,  
toties limites transfilit suos violatque alienos. Et quæso quo iure  
hanc spartam scribæ exornarent, si opus in illa esset iudicandi facultate.  
Accedit, quod notarii non maior esse soleat auctoritas, quam  
*secretarii* aut *actuarii* judicialis; sed hic animadversionem meretur, si  
est nasutulus suoque iudicio uti vult, cum vivere ac pendere debeat a  
voluntate aliena.

tes litigantes & sibi contradicentes, nullaque coactione opus habeat, & in quibus autoritas iudicis non necessaria est. CARPZ. dec. 201. n. 21. vid. l. 7. ff. de Adopt. l. 2. §. 1. de off. eius cui mand. iurisd. l. 26. §. fin. de donationibus. Sed contentiosæ iurisdictionis quæ sunt, non tam facile notariis expedienda relinquuntur, ad quam regulariter tutoris vel curatoris constitutio refertur, prout ostendit CARPZ. proc. tit. 2. n. 43. MOLLER. p. 2. conf. 15. n. 15. LAUTERBACH. ad tit. ff. de iurisdic. & ita inclytum Iectorum ordinem mens. Febr. 1701. respondisse relatum est.

Opos. 3. in  
tutoris consti-  
tutione raro ea  
requiri quæ  
iurisdictionis.

§. XXII. (III) Obstare videtur, quod facile con-  
tingere posit, (s) ut in curatore constituendo nec causæ cognitione, nec satisfactione, nec ulla coactione opus sit, id quod maxime emergit, si mulier Saxonica consentientem aliquem dari sibi petat curatorem, annon ergo hoc saltem in casu ob cessantes fortissimas, quæ contrarium suadebant rationes, notarii confirmatio admittenda erit? perinde atque testium examen alias ad contentiosam iurisdictionem spectans, si illi sponte sua testimonium perhibere velint, per tabellionem valide expeditur. Quum enim supra dicti curatores neque bonorum administrationem habeant, neque aliis quam maiorescibus constituantur, adeoque nec circa personam ipsam eorum cura occupata sit. Vid. CARPZ. p. 2. 1. Conf. 15. def. 33. seq. BRUNNEM. ad l. 3. c. de in litem dando tut. MEVIUS p. 4. Dec. 344. quum potius eorum officium in consilio & de-  
fen-

(s) Imo fere contingat semper. Neque enim inquisitio hodie instituitur, nisi aliqua ratione tutor sit suspectus. Neque satisfactione exigitur, nisi ob causas easdem, vel si alii adsint, qui offerantur eadem. Cautione ideo quoque raro est opus, qui tutela Germanis vel fructuarie sunt vel honoratae præmio laboris.

fensione judiciali consistat, vid. *Conf. El. 15. p. 2.* BESOLD.  
*Theſ. præcl. voc. Kriegeriſcher Vermund.* MOLLERUS l. 4.  
*ſemelſtr. c. 41.* Schilt. *Exerc. 37. §. 242.* MEVIUS p. 5. dec. 100.  
*n. 1. & 2.* unde regulariter sine omni inquisitione a ma-  
 gistratu confirmari solet.

§. XXIII. Sed adhæc reponere licebit (1) quod, tutelæ vel curæ munus imponendi ius notariis non ideo tantum, quod ad contentiosam iurisdictionem pertinet, sed præterea ex aliis & gravibus causis denegemus; hinc, unica duntaxat prohibitionis causa cessante, reliquis visuā non statim admetur (2) quod ab examine testium, cuius instituendi potestas notariis diserte indulta invenitur, ad tutoris vel curatoris dationem haud quaquam pari modo concessam, non valeat consequentia. (3) quod legis in contrarium latæ in Eleto-  
 ratu Saxonico expresa adsit dispositio. Nam in *Der. Nov. 59.* sanctitur, quod licet tales curatorum constitutio-  
 nes pro actu voluntariae iurisdictionis habeantur, nihilominus tamen nonnisi a magistratu & iudice, qui vel ratione domicilii & habitationis ordinarius, vel intuitu rei sitæ aut contractus, aut litis motæ competens est, fieri possint, quæ fori competentia ad notarium applicari nequit; Hinc talē a notario fœminæ constitutum curatorem in *term. Reminiscere 1698.* tanquam illegitime da-  
 tum reprobat curia suprema provincialis LIPSIEN-  
 SIS. Ut taceamus, quod magistratui etiam permisum fit, monere fœminam de curatoris conditione, si fu-  
 spicio aliqua subsit, ex eius consilio damnum emer-  
 gere posse, & curatorem constituendum non omnia ex  
 fide gesturum esse, sed fraudem moliri. Non enim

Respond hoc  
 notariorum  
 tutoribus non  
 obstat solum.

C 3

adpa-

adparet ratio, quare iudicis officio concredita sit horum curatorum confirmatio, nisi simul ei aliquam inquirendi facultatem, num legitime ac sine fraude omnia fiant, nec ne, largiamur, prout ex DECIS. El. 59. colligere est,

Oppos. 4. Quia  
tutoribus opus  
est in causis  
extra iudi-  
cium.

(IV) §. XXIV. Casus occurrit, in quo si in ullo alio, iustum videtur, ut a notario facta tutoris aut curatoris constitutio vel confirmatio pro valida agnoscatur. Scilicet si ad tale negotium quod *extra iudicium* recte quidem coram notario, non tamen, ob contrahentium qualitatem, sine tutoris vel curatoris interventu peragi potest. Ut pote si ad emptionis, venditionis similemve contractum debito modo celebrandum, tutor vel curator volens, ab eodem confirmetur, non ad alias actus valiturus, quam, ad eum solum, cuius gratia partes coram dicto notario convenerunt.

Id quod mul-  
tum habet  
coloris.

§. XXV. In *affirmantem* sententiam abire volentibus non ea duntaxat singula opitulantur, quæ in antecedentibus magis generaliter pro notariis adduximus; sed & illud speciale, quod potestatis sibi competentis cancellos non adeo transgredietur, qui saltem ad actum coram se suscipiendum, quam qui ad negotia etiam coram aliis gerenda tutorem vel curatorem confirmat. Cui accedit, quod sic secretius peragi posse videantur multa, quæ coram magistratu tractata sape non sine rei familiaris detimento nimis panderentur.

### §. XXVI.

§. XXVI. Maximum vero suæ opinionis robur Atque roboris, affirmantes petere audent ex leg. 2. ff. d. iurisd. cuius verba hæc sunt: *Cui iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.* Unde argumentantur, quod illi cui facultas data sit, ut coram ipso actus aliquis celebrari queat, omnia quoque media adhibere liceat ad eundem actum necessaria. (t) Ex quo porro consequitur, ut notarius, quia ius habet instrumentum perpetuo validum super contractu e. g. emtionis venditionis conficiendi, possit quoque contrahentium alteri vel utriusque dare tutorem vel curatorem, sine quo dictus contractus non subsisteret. conf. Ioh. Bolognetum in *repet. dict. l. 2.*

§. XXVII. Movit hæc ultima ratio iureconsultos Imo & patro-  
WITTEBERGENSES, ut cum anno 1708, in simili casu agen-  
te Christiano Barthel contra Jeremiam Höttigern  
ipsorum decisio expeteretur; *validam esse a notario fa-*  
*ciam curatoris confirmationem*, mense Nov. dicti anni iudica-  
rent. Quum enim fœmina, morti fere proxima, filio  
adhuc impuberi geradam coram notario & testibus  
ven-

(t) Neque mirum est, hanc l. 2. ff. de iurisd. patrocinii loco haberi  
perversæ sententibus adversus mentem Iavoleni. Ipse enim de  
sola iurisdictione loquitur: verum, sensu doctorum abit lex in regu-  
lam iuris universim. Quod pessime factum est ideo, quoniam lex  
universim sumta, pluribus exceptionibus, limitationibus & restrictio-  
nibus opus habet, sine quibus non potest non agere in transversum.  
Momentosa est observatio Gerardi Noodii in *Iulio Paulo c. 11.* ubi  
exemplis docet valde memorabilibus, quod ICros. omni tempore  
præcipites dederint iuris brocardica, in caute vel, iusto amplius, pro-  
lata extra limites.

vendere eamque matri superstiti intervertere intenderet, curatore vero neque ipsa instructa esset nec filius, tum sub patris potestate existens, tutorem vel curatorem haberet, neque copia iudicis tum cito, prout valetudo donatricis & mortis periculum exigeret, speranda. Notarius, ad huius actus perfectionem requisitus utriusque curatorem specialem constituere ausus fuerat. Hinc matri defunctorae geradam a genero petenti obiiebatur venditionis praedicto modo celebratae exceptio, qua litis ingressum impedire reus tentabat, & successu quidem non omnino infelici. Nam sententia supra allegata actionem non competere decernebatur: *würde Kläger die produciren Documenta sub A. & B. gebührend recognosciren, immassen ihm zu thun oblieget, so hat die Klage nicht statt.* In qua tamen actor non acquiescebat, sed ad curiam supremam provincialem, quæ Lipsia floret, appellans, cognata appellatione admissa actum venditionis ob defectum curatorum recte constitutorum, prorsus nullum & validum esse, deducebat, cui reus responsum eorundem I<sup>c</sup>torum WITTENBERGENSIUM Mens. Aug. 1708, ad Consultationem I. C. S. zu N. ediditum opponebat, cuius tenorem hic inferere lübet. Hat Magdalena Böttgerin einen Notarium Publicum Johann Christian Siegbertum zu sich in ihr Logiament bitten lassen, und als ermeldter Siegbertus zu ihr kommen, demselben eröffnet, wie sie ihre Gerade an ihren leiblichen Sohn Johann Christian Böttgern zu verkauffen gesonnen, dahero sie Siegbertum ersucht, solches mit anzusehen, und anzuhören, auch darüber ein gewöhnlich Instrument zu ververtigen, worzu dieser sich willig

erkläret. Weil aber weder die Requientin einen Curatorem, noch ihr Sohn, der annoch unmündig, einen Vormund gehabt, und also bald zu gerechtlicher Confirmation eines Curatoris und Tutoris nicht zu gelangen; gleichwohl aber wegen zunehmender Schwächeit der Böttgerin periculum in mora gewesen, hat auf ihr Ansuchen ermeldter Notarius Siegbertus, ihr einen Curatorem, und auf ihres Ehemannes Biten ihrem Sohne einen Tutorem, beyde ad hunc actum bestätigt, worauf der Kauff zwischen obgedachten Personen vor 10. Gulden baar ausgezahlter Kauff-Summa geschlossen worden. Nachdem nun die Verkäuferin Kurz darnach verstorben, wird von derer Mutter der Kauff ex capite nullitatis angefochten, weil der Notarius keine Vormünder, noch Curatores bestätigen können, dahero ihr, ob diese Constitutio curatoris & tutoris mit Bestande geschehen können, des Rechtens belehret seyn wollet. Ob nun wohl daraus, daß die Notarien iudices chartularii genennet werden, eine Jurisdicatio voluntaria von bewehrten Rechts-Lehrern nicht geschlossen, noch ihnen zugesstanden werden will.

Ziegler. de iur. Mai. L. I. c. 26. §. 9.

Sondern dieselbe nur von gewissen aetibus, als Appellationes, und Protestationes anzunehmen, und das in Italien gewöhnliche sogenannte Praeceptum quarentigæ zu verrichten, verstanden wird.

Coler. de Proc. executiv. P. I. c. 3. n. 20. 21.

Dahin aber die Constitutio Curatoris nicht zu ziehen, immassen in Chur-Sächs. Landen, daß dergleichen Curatores nothwendig von der Obrigkeit bestätigt werden sollen.

D

in

in Dec. 59.

Deutlich verordnet, denen Unmündigen aber niemand,  
als ihre ordentliche Obrigkeit Vormünder seyn kan.

Reichs-Abschied de ann. 1577. art. 32.

Dahero, daß die von Notario bescheinigte Confirmatio  
tutoris & curatoris zu Recht nicht beständig, es das An-  
sehen gewinnen möchte. Dennoch aber und weil denen  
Notariis dergleichen Contracta als Verschent und Ver-  
kauffungen der Gerade vor sich ergehen zu lassen in Rech-  
ten unverboten.

Dec. Sax. nov. 22.

Woraus, und daß ihnen alle hierzu dienliche Mittel  
ebenmäsig verstattet worden nicht unbillig geschlossen  
werden mag, dahin aber die Habilitirung derer Personen,  
so dergleichen Contract schließen wollen, vornehm-  
lich gehöret, hierüber dem unmündigen Käuffer, als der  
allem Ansehen nach in väterlicher Gewalt ist, nicht so  
wohl ein Tutor als ein Curator ad actum præsentem be-  
stellt worden, dergleichen auch in andern Fällen zu ge-  
schehen pflegt.

L. ult. §. i. C. de bon. qua. liber. Nov. II7. c. i.

Lauterb. in Coll. Pandect. tit. de Curat. th. 12.

Und weil es blos zu einem solchen Actu der feinen tractum  
temporis erforderl, sondern vor dem Notario also fort  
absolviret worden, bescheinige demselben per supra deducta  
allerdings zu verstatten gewesen: So ist ein No-  
tarius zu solchen Handlungen, welche außer Gericht und  
vor ihm vollzogen werden können, Curatores zu bestäti-  
gen wohl befugt. V. A. W. Cui responsum aliud eodem  
mense eidem consulenti datum adiungere liceat.

Will

Will Johann Christian Siegberten obermesdete Constitutio Curatoris & Tutoris vor strafbar ausgeleget werden, und verlauten, daß ihn die Obrigkeit dieses Orts Deshalb ex capite turbatae Jurisdictionis zu belangen gesonnen, dahero ob er sich diesfalls etwas zu besorgen, Zweifel vorfällt. Ob nun wohl einem Notario unmündigen Kindern Vormündere zu bestellen schlechterdings, Weibs-Personen aber Curatores zu verordnen ordentlicher Weise nicht zustehet, sondern vor einen Eingriff in die Gerichtsbarkeit der ordentlichen Obrigkeit billig zu achten. Dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall die ordentliche Obrigkeit zu diesem Actu nicht zu erlangen, und periculum in mora gewesen, hierüber der geschlossene Gerade Kauff und was zu dessen Subsistenz erforderet wird, vor Notarien und Zeugen wohl geschehen können, dem Böttgerischen Sohne auch eigentlich kein Tutor bestellt worden, und endlich der ordentlichen Obrigkeit kein Nachtheil hieraus zugewachsen, und dennoch ob Deficiens interesse die Klage nicht statt finden kan; So hat Siegbert disfalls feiner Bestraffung oder Anspruchs sich nicht zu besorgen. B. N. W.

§. XXVIII. Nihilominus contrariam sententiam Respond. curias curis operari & sententias iudicata. amplectendam & in hoc quoque casu thesi nostræ generali inhærendum esse censemus. Quod idem placuit tuis iudicata. supra memoratæ illustri curiæ provinciali, quæ ausus illius notarii improbans curatoris constitutionem ab eo factam nullius momenti esse decrevit, & remota recognitione Doc. sub A. & B. litis contestationem iniunxit quod in terra iuris trinitatis 1711. factum esse memini. Quæ sententia appellatione, quæ ad potentissimum Regem

Poloniarum ac Electorem Saxoniæ interponebatur, reiecta transit in rem iudicatam.

Exponitur l. 2.  
ff. de iurisd.  
de commissa-  
rio, nec que-  
quam notario.

§. XXIX. Quod vero ad legem 2. ff. de iurisd. attinet, (r) loqui eandem videmus de eo, qui habet iurisdictionem, sibi concessam. Et speciatim quidem interpres existimant, de eo sermonem esse, cui tanquam commissario iurisdictionis exercitium a superiore demandatum fuit, qui que hoc ipso haut secus atque alius ordinarius iudex tacite potestatem naētus est, omnia quæ ad negotii sibi commissi substantiam necessaria sunt, & sine quibus iurisdictione irrita foret, faciendi exequendique. vid. Gylmanni Det. III. Vol. X. synt. 1. n. 8. Conf. Gail. Lib. I. obs. 34. n. 9. Rutger. Roland. de commissar. P. 1. lib. 3. cap. Quomodo autem hæc ad notarium iuste applicari poterunt (a) quem omni iurisdictione desticatum esse supra pluribus evicimus.

### §. XXX.

(a) Accedit ex iure etiam Romano illud. Quod tutoris datio mandari non potuerit ab ullo magistratu, tantum abest, ut palatino comiti modicæ sortis hoc dandum sit, quo tamen creatore fit notarius. Illud claris verbis dicit Vlpianus l. 6. §. 2. ff. de tut. & luculentius l. 8. pr. ff. de tut. & curat. datis ubi inquit: Nec Mandante alius (ergo neque notarius) tutorem dare poterit. Et licet hoc temperare videatur Iustinianus §. 4. Inst. de Attil. tut. nisi modicæ pupilli sint facultates; non tamen hoc quoque casu tutoris dationem præses alii demandare potest, quam iurisdictione instructo magistratui. Ut adeo hinc scite collegerit NOODIUS lib. 2. de iurisdict. cap. 8. quod magistratus tantummodo dare potuerit tutores. 1) si hoc iusserrit præses idque iusserrit II) tum, quando modicæ pupilli facultates. Pudeat igitur notariis palatinorum quæstuosis plurimum satellitibus spartam tanti momenti tribuere, quam præses cædere non potuit, nisi magistratibus.

§. XXX. Sed 2) ponamus magis generalem esse Legis opus ~~est~~  
 sensum di<sup>ct</sup>a legis 2. ff. de iurisd. & æque late patere atque  
 decantatum illud Philosophorum: *Qui vult finem, velle et  
 iam creditur media quæ ad eum obtainendum tendunt.* Cum  
 iureconsultorum axiomate antecedente concessio, con-  
 cessum etiam intelligitur consequens, de quo *Augustinus*  
 BARBOSA & TABOR Lib. I. Axiom. c. 66. videri merentur.  
 Attamen id universaliter & sine limitatione non proce-  
 dit. Quando enim antecedens non est necessarium ad  
 consequens consequendum, s. quando concessum ante-  
 cedens etiam sine consequenti expediri potest, regula  
 prædicta non procedit. Itaque notarius cogitet non so-  
 lum an tutoris vel curatoris constitutio sit medium sine  
 quo contractus coram se celebrandus foret invalidus;  
 Sed illud etiam, num iustum sit ac ad se pertineat, tale  
 medium adhibere, & annon obstaculum, quod fini a se  
 obtinendo se opponit, alio magis legitimo modo remo-  
 veri queat ac debeat. Hæc ubi perpendere voluerit  
 monebit partes contra se contracturas de necessitate cu-  
 ratoris vel tutoris, eo que nomine ad magistratum com-  
 petentem eas ablegabit. Quo facto & superioribus  
 salve manebunt iura sua, ne ad breve quidem tempus  
 violanda, & finem quem notarius consequi intendit,  
 nihil amplius remorabitur.

§. XXXI. Quod si nimis laxè interpretetur le<sup>t</sup> Ab absurdō si  
 gem istam 2. ff. d<sup>r</sup> iurisd. quid est, quod a notariorum offi<sup>ci</sup> lex hæc favet  
 c<sup>i</sup>o alienum dici queat? annon favente eiusmodi expli-  
 catione, si quis ad testandum inhabilis demandare ipsi-  
 velit ultimæ voluntatis ordinationem (u) arrogare

D 3 sibi

(u) Superioris enim p<sup>r</sup> dictum, non erubuisse palatinos notarios  
 que etiam hoc sibi adrogare. Et sane, si dicere debo, quod res est,

sibi possent ac deberent ius tribuendi factionem testamenti activam? annon ætatis veniam indulgerent minoribus; qui actum aliquem sine eadem non valiturum coram ipsis celebrare cuperent? annon alia infinita fuscipere possent, quorum tamen facultatem nemo unquam ipsis vel afferuit vel asserturus est? ut adeo lubricum & infirmum sit illud fundamentum, quod potestati constitutendi curatores substernitur, quasi is, coram quo actus celebrari potest, etiam necessario ius habeat personas ad illos expediendos reddere habiles, quæ vero de periculo quod in mora subesse potest afferuntur, de illis iam supradictum est.

Vitilitatis & da-  
mini collatio in  
pseudotutore  
notarii,

§. XXXII. Restat, ut commodum cuius mentio facta in *fn. §. 25.* cum incommodis conferamus, quæ eiusmodi privati tutorum vel curatorum constitutiones non sequi non possunt. (w) Sane iudices veri & causæ cognitionem habentes animadvertere debent ac solent, ne impuberes, minores, foeminae similesve personæ ob consilii inopiam ad distrahenda bona deproperent, aliudve detrimenntum capiant *arg. l. 1. ff. d. Minor.* Quorsum etiam spectant verba sequentia *Constitutionis Elector. 15. p. 2.* Damit sie aus Mangel guten Raths und Bedachts nicht übereilet und hintergangen werden möchten. Qua au-

tem  
testamentorum auctoritas non minora reipublicæ damna adferret, sic  
hæc darerur notariis: quam eius pseudotutor. Fieri enim posse,  
ut questuosus & lucri cupidus notarius colluderet cum tutoribus ab  
ipso constitutis, perderentque vitam & bona pupilli uno naufragio.

(w) Quam enim abiecte de moribus, scientia, probitateque notariorum ipse iudicaverit imperator, illud quidem verbis expositum est legum publicarum p. Quod si igitur huic hominum generi daremus constitutiones curatorum, actum esset de mulierum privilegio. Facile notarius foeminae curatorem daret, ab ipso non dissimilem, qui omnia in lucro poneret & quæstibus ergo nihil non auderet.

em ratione facilius circumveniri possunt personæ supra memoratae, quam si non solum non approbante, sed ne sciente quidem iudice dentur ipsis curatores vel tutores. Idque præcipue ad corroborandos aëtus extra iudicium suscepitos, in quibus facilius fraus committitur, quam in iudicialibus, prout Serenissimus Elector Saxonie agnovit. Dec. Nov. 22. his verbis Und aber bey einer Übergabe außerhalb Gerichte, da mehrere Vorsichtigkeit zu gebrauchen, die Gegenwart und Autorität eines Curatoris desto mehr vordröhnen; So lassen wir es bey dieser letzten Meynung so viel die künftigen Donationes anbetrifft, allerding bewenden, und wollen, daß hinsühro die Weibspersonen, außerhalb Gerichte vor Notarien und Zeugen vorgehende Donation der Gerade, woferne kein Curator sich dabeypgefunden, zu Recht nicht beständig seyn. Ut taceam, quod cum tutoribus atque curatoribus a magistratu arte confirmatis, quippe quorum magis probata censetur integritas quilibet non lubentius modo, sed & securus sit contracturus quam cum constitutio abs alio, cuius ipsius existimatio non raro fide iussoribus opus habet. (f)

§. XXXIII. Quæ haec tenus dicto fuerunt, eo omnia pertinent, ut constitutores atque curatores, quoconque demum in casu, constituere non esse notariorum, prout hi facultatem.

(f) Addo etiam hoc: quod l. i. ff. de tutorib. datis ad ius Vlpianus nolit, ut tutoris *datio* tribuentur alii, quam ei, qui domicilium habeat in provincia pupilli, non hominibus advenis & vagabundis. In quorum tamen numero plurimos hodieque notarios esse, nemini est ignoratum. Taceo, quod hanc notariorum spartam venalem circumferant palatini offerantque eam pro aliquot drachmis, quicunque


*AK TH 984 x 2374820*

32 DE PSEVDOTUTORE ET CURATORE NOTARII.

hi regulariter in nostro imperio creari solent. Quin tamen quilibet princeps eo extendere queat eorundem potestatem, ut intra territorii sui fines ius, de quo hic egimus, exercere liceat, & quod consuetudine aliud ius introduci possit non ambigo: sic etiam notarius a iudice, ut, quae in iudicio fuit conscribat & in actis aut protocollis registret, requisitus sine dubio poterit curatorum & tutorum confirmationes annotare & tutoria vel curatoria de iis edere. Cui tamen propterea potestas dandi tutores vel curatores non erit attribuenda, quum nec actuarius, cuius vices gerit, ut pote, qui inter personas, iudicium constituentes, non refertur regulariter ea polleat, quum sit actus iudicis, qui iurisdictionem habet: actuarius vel fidem tantum faciat de iis quae coram illo gesta sunt. Quod si tamen administratio iurisdictionis actuaria vel notario sit demandata, tum iudicis, mandantis, personam representat, & ius ipsi competens eius nomine exercet. Haec sunt quae prout temporis ratio permisit de iure notarii circa constitutionem tutorum & curatorum non competente, dicta sufficient.

S. D. G.

cunque voluerint eam redimere: nuperime munus eorumdem aliquis diabolare dixit, indignum sane causa tutelari. Accedit notariorum multitudo & emulatio, ut unus alterum incitet ad quidvis, lucri causa non audendum. Quo rerum statu inconsultissimum est potencia notariorum ultra ius & fas proferre. Ad extremum illud certe sententiis aliorum pro notarii pseudotutore valde adversum est, quod vix ullum exemplum supersit a notario facti curatori. Neque enim heri aut nudius tertius fuit per Germaniam tanta notariorum multitudo. Ut fieri non potuerit, notarios neglexisse iura tutelaria, si haec illis ullo unquam tempore competiissent. Frustra certe, post tot seculorum intervalla, doceremus notarios iuri ac priuilegiorum suorum prima elementa.



A.M. III 371<sup>a</sup>  
 h. 72, ii.  
 DISSSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
 DE  
**PSEVDOTVTORE**  
 ET  
**CVRATORE**  
**NOTARII**  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
 PRINCIPES PORVSSIAE CETERA,  
 MODERATORE CONFLICTVS,  
**DN. IOANNE PETRO Ludewig, ICTO,**  
 AVLAE REGALIS IUDICIIQUE HERALDICI EIVSQVE SUPREMI  
 CONSILIARIO, IVRIVM ET HISTORIARVM PROFESSORE, ATQVE  
 MAGDEBURGICI TABVLARII PRAEFECTO,  
 H. T. ICTORVM DECANO,  
**PRO LICENTIA,**  
 SUPREMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESENDI,  
 IN FRIDERICIANA  
 RESPONDEBIT  
**ADOLPHVS HENRICVS MYLIVS,**  
 LIPSIENSIS.  
 H. L. Q. S.  
 ANTE ET POST MERIDIEM DIE XIV. DECEMBR. CL XXXII.  
 HALAE VENEDORVM,  
 LITTERIS IO. HENR. GRVNERTI, ACAD. TYPOGR. 35.

IIk  
984

